



BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich


XVII

562









No Bibliotheca Consistorialis Facultatis
Decanatus Sacerdotum
Vrania Sacra

4.

SIVE

L A V R E Æ

DOCTORALES

THEOLOGICÆ

Quæ 30. Ianuarij. Anno Domini, 1603.
conferentur, R. D.

BASILIO GOLINIO, PRÆP: S. Flor.

STANISLAO BĄTCOVIO, Can. C.

ADAMO FALECIO, Decano S. Flor.

Gratulante,

M. Adamo Opatowio.



C R A C O V I Æ,

In officina Typographica LAZARI.

1603. 11.526

VINCE
MARKER
DOCTORAL
THEOLOGICAL

THEOLOGICAL SEMINARY
AND DIVINITY SCHOOL
OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
CHICAGO, ILL.



XVII - 562 - III

THEOLOGICAL SEMINARY

1863

V R A N I A.

Quis languor & quis lethæus sopor alligat artus :
 Quæ tam dira lues membris afflata beatis
 Arctoo constricta gelu tenet ora sororum ?
 Et prohibet numeris modulatas reddere voces ?
 An quæ dite facem curarum in pectora torfit,
 Eumenidum facies formæ certamina spargens ?
 An né festa dies sacrifque dicata Camœnis
 Quæque virûm solers prudentia rebus in altis,
 Nominis & laudum titulos exoptat habere,
 Vllò Musarum cantu celebrata niteret ?
 Fare agè Calliope nostro dulcissima cordi.

CALLI: Tu quæ fidereos tractus & gemmea tecta
 Incolis, & quæ sit diuûm sententia pandis :
 Dicage, nec tacitæ mirere silentia turbæ,
 Non fas est diuina modis celebrare profanis,
 Et quæ Pierio non sunt audita sub antro.
 Quare pande soror sacro stimulata furore,
 Ordine cur longo capiunt subsellia ciuem
 Ædibus ex propriis augusta ad templa ruentem ?

VRAN: Dicam, nec me quo dignaris honore nega-
 Urbem quam cernis turres & tecta sub astris (bo :
 Condere, & Istulæ aquas circum se voluere lentas;
 Firmavit fundamentis opulencia Craci,
 Appellans iam tum surgentia mœnia Cracam.
 Longa dehinc Regum series labentibus annis,
 Certatim cupiens monumenta relinquere sceptri

Ornauit faxis componens templa recisis,
Aut arcis turres, Regumque palatia ad auras
Educens cæli, aut confternens marmore tecta :
Sed tanto reliquis melius duo lumina Regum,
(Liuida quæ nunquam carpent obliuia, doctis
Dum locus hac vrbe, & statio gratissima Musis,)
Casmirus & primus Litauâ de gente Iagello
Ornarunt, nobis, Phœboque ad regna vocatis,
Moribus vt sæuis horrentia pectora gentis
Mitia præceptis rebusque secunda gerendis
Præstaret nostrum solers & sedula cura :
Et dum vos durum callem virtutis agenda
Et fortes animos pro libertate gerendos
Monstratis, dictis animos & corda regentes,
Diuûm ego stelliferas sedes candentis Olympi
Incolo, fatorum currentia stamina cernens,
Et quæ Rex Diuûm celeres mandata per auras
Terrigenis deferre iubet, Cyllenia tanquam
Proles carpo viam, atque æterna oracula pando :
Abstrusos diuinarum longosque recessus
Euoluens rerum, & veros pietatis auitæ
Sensus enarrans, cœcis quos merfit in vmbis
Gens Cocyti exorta lacu, studiosa nouandi
Antiquos ritus in relligione probatos :
Vnquam neué stygis sæui quassata procellis
Tam pia sacrarum rerum doctrina periret,
Aõnio cœtu magno pietatis amore

Unnia sacra.

Deligo flagrantefque viros rerumque peritos,
His ego demando doctrinae arcana perennis
Mente procul posito factu cognoscere, nec non
Christicolum mentes studiis accendere sacris.
Quaeque vias inter spatiosas semita caeli,
Angusto monstrat felices tramite sedes,
Declarare volo, exemplis sanctisque praere.
Istis quaeque vides iam sunt solennia magnis
Nominibus Doctorum, amplis titulisque dicata.
Haec pia Maiestas Regis; Regnique Senatus;
Imperiique insigne, horrendum & fulmen in armis,
Nobilium splendor Martis certamine partus;
Et grauidae populis vrbes, & moenia Craci;
Et quae plebs validis proscindit prata iuuenis;
Craciadumque omnes, tanto dignantur honore,
Ut sua posthabeant illorum seria laude,
Effusi que ruant priuato limine, in hasce
Ornatas Regum Titulis & moenibus aedes.

CAL: Siccine dum coetus lustras Helicone morantes
Pectora terna virum doctrinis deligis istis.

VRAN: O mihi luce magis soli dilecta sororum
Calliope, hoc dicto, hoc obductos corde nouasti
Infandos luctus, & funera moesta meorum;
Quae tu, quae nostrae grauius fleuere sorores,
Ut sparsi colles lachrymarum fonte maderent,
Et pulsae valles gemitus super astra referrent.
Septenum tardo Saturnus cardine gressum

Unnia sacra.

Euoluit Lehi vt latis confedimus aruis
Tempore vix tanto paucos tranſegimus annos,
Quo non dira lues tenebroſis mergeret vndis
Millia multa virum patriis aptiſſima bellis :
Sæua tamen timuit graſſari limine docto.
Sed poſtquam hanc fatias tumulorum cœpit inertum,
Spargere lethales auras, & tabe fluentes,
Fumantesque faces peſtem in præcordia cœpit
Coniicere, & ſapientum ad manes mittere ſtragem.
O nullum miſerata malum, fors aſpera ſemper !
O facies atrox leti ; ô crudelia fata !
Mors auidos omnes expandens oris hiatus
Septenas pompas ſapientum duxit ad Orcum :
Nec ceſſante lue eſt tantis ſatiata ruinis,
Funera funeribus pergit cumulare ſceleſta
Vltima Doctorem rumpens duo fila meorum.
Quare ſacrarum locuples ſapientia rerum,
Ne viduata ſuis vnquam cultoribus eſſet,
Excultos pietate viros doctrina & ab omni
Delegi, deſerta trium ſupplere viratu
Munera ſacra volens : numero Deus impare gaudet,
Annuit & cœptis triadis ſub imagine ſacra.

CALL : Eſt hoc, vt dicis, placataque Numina doctis,
Iam meliora dabunt, iam tempora læta reuoluent.
Sed, quis hic eſt vultus præclaræ mentis imago,
Et quem tu primo reliquis dignaris honore ?

VRAN: Hic ille eſt, veſtris longum verſatus in antris

Golli

Urania Sacra.

Gollinius, toties diuini Heliconis ad vmbas
A rguto blandos impellens pectine neruos :
Vatidico & sacros libans de fonte liquores,
Iu cundumque fonans Parnasso errabat amœno ,
Quem Charites vinctis manibus plaudente chorœa,
Motibus & lætis comitata est turba sororum :
Et pater vt Phœbus tantâ dulcedine cantus
Ore ciere videt, vatis concessit honorem,
Tempora præcingens Lauri de fronde corona.
Huius Sarmatidum terris Aquilonis ad ortus
Graïugenæ Musæ, si viuant, ore loquentur.
Attica , cui Græci sermonis suada Venusque
Ipsa sales dulcesque suos largita lepôres.
Hic mandata Dei vatumque oracula sancta ,
Et quos rex Psaltes numeros discrimine septem
Diuisit fidium , cælestia numina placans,
Pandere voce potest, doctus sermonis Hebræi,
Et quæ sint ipsis mysteria consona verbis
Ipse probare potest ; fuerint si dissona, solus
Confutare potest ; tenebrasque hac luce fugare.
His tribus & linguis multaque edoctus ab arte
Gollinius noster, meritos iam sumat honores.
Tresque velut Charites nexæ complexibus arctis,
Et se & cuncta fouent spirantes pectore amorem :
Munere sic terno linguarum ornatus & ille,
Omnes complexus tenero seruabit amore.
Quodque diu aulæ cælestis curia terna,

Unnia sacra.

Terrigenis vacuas sedes implere peroptat.
Gollinius terno linguarum munere soluet
Victor lætantes ducens super astra cohortes :
Ducat & ipse polos vtinam transcendat vtrosque
Annue tuque soror faueant vt ea omnia votis. (tis

CALL : Annuo, teque sequor, faueant vt ea omnia vo-
Numina magna precans. Votis pia numina adeste.
Quid cuius faciem veteri grauitate decoram
Intueor, noscens formæ simulachra latentis,
Num te num paucis verbis memorare pigebit.

VRAN : Me verò pigeat numeris celebrare minutis
Digna Sophocleo cuius benefacta cothurno,
Et quem vos vestris pluris fecistis ocellis,
Rursus & ille suâ pluris vos luce putauit,
Hoc quodcumque virum, quod secula prisca tulerunt.
Artibus aut insigne fuit candoreque morum,
Vno ceu locuplete penu complexa fouentur.
Hic locuples iugique fluens facundia riuo
Pondera magna sonans rerum sermone nitenti.
Hic rerum quæ sunt longo retrusa recessu
Quæ stupet & turba & vulgus mediocre scholarum,
Cognitio quarum Doctos perplexa fatigat
Ponderibus rationum exulta Sophismata habentur.
Hic mandata Dei internis insculpta tabellis,
Spirantis flammæ animi cælestis amoris,
Momenta hic rationum sunt meditata dolosa,
Quæ gens noctiuaga & surgens de nocte latronum,

Circa Christicolūm saltus vineta que tendit.
Hic doctrina Patrum felici mente reposita,
Et flagrans studium pietatis amore calefcens,
Quo mentes illæ ardebant, monumenta que quarum
Huius contorquent faculas in corda caloris.
Hic chorus illustri virtutum mente refulgens,
Quo noua se produnt probitatum exempla, bonique,
Queis ornat Mystes Christi sanctissima templa,
Gymnasiumque ornat Craci multâ arte professor.
Cætera si memorem magnum pelagus sit arandum,
Hoc vnum memorans si dixero, cætera mittam.
Regna securigera vt gaudebant ciue Catone,
Dum Prætor, Consul, tandem Induperator, auitos
Imperii fasces, armatos iure bonoque
Gessit, & antiquo vitam de more labantem
Erexit Censor, primū & deduxit in vsum:
Sic nunc Pierij plaudunt subsellia Regni,
Dum sua Bæticiæ redduntur præmia laudi,
Et rerum doctor sacrarum sumit habenas.
Eriget hic vitæ normas Academicæ in vsum,
Nec squallere sinet fluxas aut labier vltra.
Atque Quirinus vti, versæ si in viscera quando
Romulidum vires, sistit se à parte Senatus.
Sic si contingat mentes sæuire procellis,
Opprimet hic noster cunctas, solemque reducet.
Vsuramque Quirinus vti sibi lucis ademit,
Libera quod legum violari iura videret:

Vnania sacra.

Sic noster diris mallet se tradere pœnis,
Quàm libertatis violatas cernere leges.
Quare Sarmaticus Romano laude Catoni
Æqualis, titulos Doctorem & nomina fumat,
Et tantis animis similis contendat haberi.
Hoc vestris fufis concordēs voluite Parcæ,
Annue tuque foror, faueant vt ea omnia votis

CAL: Annuo, teque fequor, faueant vt ea omnia votis
Numina magna precans, Votis pia numina adefte.
Sed Falentiadæ laudes, extrema laboris
Pars tua iam promat, meditata carmine dulci.

VRAN: Hoc equidem germana lubens præftare ftu-
Namq; fatebor enim poft vltima fata meorum, (debo.
Cùm varias animo curas afflicta dolore
Iactarem, luftrans oculis doctrinam animosq;
Aonio in cœtu, quærens ad munera tanta
Maturus ætate viros, fine felle, doloque,
Noftros hic vnus fenfus eft sæpè moratus,
Semper & abfterfit lachrymas, curasque leuauit,
Occultasque fui flammæ in pectora fparfit;
Ante alios multâ prodens fe Palladis arte,
Deuotâque Diis, pariter virtute forenfi.
Terrarumque velut dominis Roma inclyta regnans,
Abfterfit fordes curisque leuata reuixit,
Poftquàm Scipiades exhaustam ftrage Quiritum,
Magnanimumq; Ducum, patriæ ftimulatus amore,
Induperatoris fufcepit munera magna.


Sic nunc lætantes motus, & gaudia mente
Concipio, curarum expers lachrymasq; perosa,
Sedes cùm cerno nudatas morte virorum
Ingenium Falentiadæ exornare politum,
Qui geminâ reliquis virtutum lampade splendet,
Inter luna velut flammæ Titanæque minores,
Iudicio veterum, & docta ratione sophorum,
Et curandarû rerum ingenioque forensi;
Quæ duo, res omnes firment si robora iunctim,
Res omnes cælus pertingent vertice summo,
Nec sæuum flantes metuent Aquilone procellas,
Nec si Mirmidonum Dolopumè exercitus adsit.
Nec si acies ducat Mauortia Roma Quiritum.
Quid non hac geminâ virtute Falencius vnquam
Audebit magnum, proprio discrimine vitæ?
Hic acie ingenii strictâ tela improba franget,
Quæ tenet adducto prædonum Tartarus arcu,
Imbuet hic Christo deuotas nectare mentes,
Ambrosiæq; cibus enutriet ipse beatis,
Omnia quæq; ferent Diuini dogmatis artes
Suscipiet validis humeris hic cælifer Atlas,
Cuncta que felici donabit sine recepta.
Hic simul antiquas laudes & facta parentum,
Ordinibus magnis hominum permistus adibit,
Cùm prudens pulchrâ pro libertate loquetur,
Principibusq; viris animos accendet amore
Ornandi veteres musas, loca prisca Licæi,


Unnia sacra.

Magnæ vbi funduntur fœcundi pectoris artes,
Scipiadae q̄; velut bellis & fortibus ausis
Romula res creuit Poenis Carthagine ademptâ.
Sic q̄; viro hoc, famâ meritis q̄ue Academia crescet,
Dum iuri patrio forsân si quid sit ademptum,
Ædibus excedens repetet conamine multo.
His ego iam nostras laurus virtutibus amplis
Impono, clarâ signans in imagine clarum
Doctorem legis sacrae, rerum q̄ue peritum.
Quod vos ô superi fato firmate perenni,
In terris q̄ue quibus studiis reuerentia vestri
Augetur, late q̄ue animis mandata fouetur,
Hæc vestro longum vigeant adiuta fauore,
Et date, quæ votis optamus læta benigni.
Hoc etiam fufis concordēs voluite Parca,
Annue tu q̄; soror, faueant vt ea omnia votis.

CAL: Annuo, te q̄; sequor, faueant vt ea omnia votis.
Numina magna precans: Votis pia numina adeste:
Et date felices superent vt secla nepotum.







14576

